



SACRA CONGREGATIO  
DE SEMINARIIS  
ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

Romae, die 4 Martii a. 1938

NUM. PROTOC. 354/38.....

Reverendissime Domine,

litteras tuas accepi d.d. 19 mensis elapsi ianuarii atque de rebus quae iisdem continentur pro meo munere Beatissimo Patri, huius Sacrae Congregationis Praefecto, retuli.

Sanctitas Sua Rev.dum D.num Eduardum ESCUDERO, ad officium Decani istius Facultatis Theologicae electum, benigne confirmare dignata est.

Ad Rev.mum D.num Gilbertum MORAGA quod attinet, antequam ipsi "nihil obstat" concedatur, velit R. T. mihi significare utrum congruenti laurea nec non documentis idoneitatis praeditus sit, ad normam art. 21, 2°, 3° Const. Apost. "Deus scientiarum Dominus".

Nulla demum est difficultas quominus R.D. Emanuel Larrain

ARCHIVO HISTÓRICO  
PONIFICIO  
RECTORIA  
CÁTOLICA DE CHILE  
Reverendissimo Domino  
D. CAROLO CASANUEVA O.  
Rectori Magnifico Universitatis Catho-  
licae  
= CHILIENSIS =

Errazuriz - qui "nihil obstat" iam est consecutus - Archaeolo-  
giam et Liturgiam tradat.

Hanc interea nactus occasionem, sensus meae reverentiae  
Tibi perlibenter exhibeo.

Addictissimus in Domino

*Lucretius Ruffini*  
Secretary